

prætates habere videntur aliquam venationem aut pabulationem exerceat unde homines ejus qui eo ambitu circum inhabitant aliquam sustineant molestationem vel fortiam sed securiter atque in pace ibi vivere queant. Immo per loca et flumina cuncto nr̄o in regno libera sua peragant negotia. Ita tamen ut nullum gravamen sentiat populus ejus nisi quod equum est; tantummodo telonaria et ripatica solvat. Nam vero predictus dux suique heredes nullo in loco persolvant de quacumque re, sed ex nr̄a largitate quieto more ubique sua perficiant. Statuimus etiam ut nullus in territoriis locis peculiaribus aut ecclesiis domibus seu rebus et reliquis possessionibus presignati ducatus ac sua proprietate quam in Venetia obtinere videtur vel que infra potestatem imperii nr̄i sita esse noscuntur, iniquam ingerere presumat inquietudinem, deminorationem sue calumniosam contradictionem aut subtractionem nefandam, sed liceat eas praefato duci ac patriarche episcopis abatibus vel populo sibi subiecto seu successoribus eorum ac heredibus quiete absque cuiusquam insultantis machinatione aut sinistra quapiam tergiversatione jure gubernare et gubernanda, prout liquidius in presignato decreto continetur legaliter, possidere. Concessimus quoque sc̄e metropolitane ejus eccl̄ie vel episcopatibus sibi subiectis atq. et monasteriorum cenobis iustitiam requirendam de suis rebus in annos legales secundum quod Ravennas habet ecclesia. Adiungimus inter hoc per amore Dei omnipotentis quia nefarium malum est alicuius interficere seniore[m] aut ducatus sui privari honorem, ne quis libenter deinceps hoc agere presumat. Quod qui fecerit exilio retrudatur et ceteri in hoc facinori deprehensi centum libras auri componere cogantur, medietatem palatio nr̄o et medietatem praefato duci suisque heredibus. Quodammodo statuimus ut si quis ex cunctis locis nr̄i imperii hanc nr̄am jussionem postponere presumpserit et omnia que superius dicta sunt observare neglexerit, similiter centum libras auri componat salva ex omni populo veneticor. debita obedientia et singulorum hominum iustitia atque querela. Porro ut et hoc verius credatur diligentiusque observetur propria manu firmavimus et anulo nr̄o iussimus sigillari.

Signum (*luogo del monogramma*) Domini Karoli. Serenis-